Ludouicus dei gratia Vngarie, Bohemie, Dalmatie Croatie etc. rex, Marchio
Morauie, dux Slesie, et Lucenburgensis ac marchio Lusatie etc. Vniuersis
et singulis ad quos literę nostre peruenerint, ubilibet per regnu nostrum
Bohemie constitutis Salutem regiamq[ue] fauore Cum Illustriss:
princeps Wladislaus felicis memorie Vngarie et Bohemie etc. rex
dilectissimus parens noster diuinu cupiens ampliare cultu sanus corpore
et a[nim]o, deliberato maturoq[ue] consilio, suorum assensu et precipue Camincensiu
accedente, ad laude dei cenobiu quoddam sub honore et titulo diue Anne
in supradicta ciuitate n[ost]ra Caminczi erexerit de nouo et fundauerit,
aream et fundum pro ecclesia et cimiterio ambituq[ue] alijs quoq[ue] domib[us]
necessarijs ac horto fratribus minoribus regularis obseruantie pro salute
sua et suorum, ad uacandu deo, inhabitare concesserit ac in perpetuu
donauerit, multisq[ue] priuilegijs ex mera dotauerit clementia, sicuti
in patentibus ipsius genitoris nostri, semper memorandi, claret literis.
Nos igitur gloriosi parentis nostri deuotionis attendentes feruore, ad
imitandu ipsius uestigia inuitati, fundatione huiusmodi et donatione iuxta
o[mn]em latitudinis et longitudinis dimensione, intra utrumq[ue] muru
coprehensam ubi et spatiu itineris siue transitu, qui e ciuitate ad
monasteriu ducit, que soluta domo per procuratores redemerut, iuxta
literarum concordie tenorem, coprehensu esse uolumus, illis no[m]i[n]e nostro et
regia auctoritate, absq[ue] omni fraude et dolo et alio quouis colore quesito,
possidenda et inhabitanda assignamus, absq[ue] cuiusuis impedimeto et
contradictione, o[mn]iaq[ue] priuilegia et singula monasterio uel fratribus
concessa approbantes, ratificamus, confirmamus, donamus, ac per presetes
de nouo concedimus, adijcientes ex singulari gratia, ut non solum
in spatio illo, quod est intra utrumq[ue] muru antiquu s. et nouu, ad eorum
erectione ut intelleximus opera sua collocarut eiusmodi, edificare et erigere
opportuna ipsis edificia poterut, uerum etia iuxta et ad muru si edificium
erexerit, imo etia supra muru utrumq[ue] edificiorum tecta poterut extendere ac
dilatare, libere et absq[ue] o[mn]i impedimeto et contradictione, quorumcumq[ue]
gradus aut conditionis fuerit, aut pretextu cuiuscumq[ue] co[n]suetudinis, statuti,

B.I.G.
Farbkarte #13
Inches
Centimetres
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black